

Quid significat dictio, *Deo bona temporalia accipimus*, & ideo etiam de illis agimus gratias.

Quare dicitur non *michi*, sed *nebisi*? Resp. Quia panem pro omnibus postulamus.

Cur dicitur *hodie*? Ref. Quia quotidie illo egemus, & quotidie a nobis perendus es.

Eucaristia est panis quotidianus? Ref. Est, quia quotidie ab Ecclesia in Missa Deo offertur, & quotidie a fidelibus sumi potest.

De explicatione quinta petitionis. Cap. XVI.

Quid est peccatum? Ref. Est offendere Deo facta. Qui sunt mali effectus peccati? Ref. Innumerari, qui privat omnibus verbo bonis, & cumulat omnibus, tum amittit, tum corporis malis, si peccatum mortale sit.

Peccata venialia privant gratia Dei? Ref. Non.

Homines etiam iusti sepe haec venialia committunt? Ref. Ita est.

Quod est remedium contra peccatum? Ref. Remissio à Deo obtenta.

Deus vult remittere nobis peccatum? Ref. Si nollet remittere, non induceret nos ut haec remissionem in hac petitione postularemus.

Quae sunt media ad hanc obtainendam remissionem? Ref. Paflio Christi per bonum usum Sacramentorum homini applicata.

Quid in hac petitione postulamus? Resp. Auxilium à Deo, ut faciamus ea, quæ opus est ut remissionem peccatorum obtainamus: denuo ut peccata nobis remittantur.

Quid significat verbum, dimittere? Ref. A Deo remissionem peccatorum nobis concedi.

Quid explicat illud verbum, debita? Ref. Idem, quod peccata, por haec enim homo fit debitor ad penas iudas, & ad Deo satisfaciendum.

Cur dicuntur, *Nos trahi*? Ref. Quia nos illa commissimus.

Cur dicitur, *Nobis*, non, *Mibi*? Ref. Quia toti mundo hanc remissionem postulamus.

Quare additur, *Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*? Ref. Ut declaretur justum esse, ut qui vult sibi à Deo remitti, remittat & alii. Item ut percamus à Deo auxilium,

quo alii iniurias nobis illatas remittere possimus.

Qui nondum remisit iniurias, potest sine peccato verba dicta profere? Ref. Potest, tum quia in persona Ecclesie hanc recitat orationem: tum quia petit auxilium à Deo ut illas remittere possit.

De explicatione sexta petitionis.

Cap. XVI.

Quid est tentatio? Ref. Est impulsus ad peccatum, seu bellum cum diabolo.

Homines à quo tentantur ad malum? Ref. A diabolo, Mundo, & à Carne.

Diabolus potest tentare quantum, & quodcum vult, & sine permissione Dei? Ref. Non, quia potestas diaboli Dei non gubernatur.

Deus permittere diabolo, ut tenteret? Ref. Permitit ut triplicem sinet; & primo ad gloriam Dei, ut Deus ostendat se posse homines quamvis infirmissimos in fortitione, & bello victores efficeret. Ad utilitatem hominum, quia ex victoria tentationis magnum meritum consequntur. Ad confusionem diaboli, qui vicit ab homini cum magna confusione discedit.

Quinam à diabolo tentantur? Ref. Omnes, Ipsi semper Christus, & Apostoli tentati sunt.

Diabolus tentat magis bonos, as malos? Ref. Bonos, quia diabolus contrarii sunt, mali enim sponte se diabolo subdunt.

Homo potestne propria virtute diaboli tentationes superari? Ref. Non, sed ad Dei patrocinium confugere opes est.

Quid in hac petitione postulamus? Ref. Non permittas, ut Deus nos ab omni libertate tentationis, sed ne permittat nos vinciri à tentatione?

Quid est induci in tentationem? Ref. Est vinci, & superari à tentatione.

Deus inducit aliquos in tentationem? Ref. Non inducit effectivè, seu impulsivè, sed tantum permissivè, nempe cum permitat, ut pigri, & negligentes in tentatione vincantur.

Homo potestne perseverare in iustitia à Deo accepta? Ref. Donum perseverantie à Deo est accipienda, ideo ab illo, summo studio est postulandum.

Omnes homines tenentur credere doctrinæ , & obser-
dare legi illius : & qui hoc non præstat , impossibile est
quod salverut.

De divisione sancti Evangelij.

Sanctum Evangelium à sacro Cone. Trid. in duas par-
tes principales divisum est, quæ sunt, *Doctrina & Lex*,
seu *Fides*, & *disciplina morum*: de quibus jam dictum est.
Catechismus, & *majores nostri ante illum*, S. *Evangelium*
in quatuor partes divisorunt. In quatuor prima dæcens,
dari doctrinam omnium fidei veritatum. In secunda, dari
medi ad obtinendam gratiam Dei , & applicationem
meriti Christi , nempe Sacra menta. In tertia deter-
minati opera illa , quibus homo debet mereri vitam , &
bene uti mediis ad illam consequendam , & hoc in *Decalogo* , & in *Concilij Evangelicis* sit. In quarta datur
medium , ut pro tempore auxilia , & beneficia Dei op-
portuna obtingamus : & hoc sit per orationem Domini-
nicalem. Harum igitur partium talis est ratio , atque di-
vizio.

Prima pars , id est , *Symbolum* , docet omnes veritates
de ultimo fine , de mediis , & de bono usu illorum.

1. Nempe *Sacramenta tradit media ad obtinendam*
gratiam , & *applicationem meriti Christi*.

2. Hoc est *Decalogus* ; *Præscribit usum gratiæ deter-
minando opera* , quæ cum illa facienda sunt , ut quæ me-
ritum obtineat vita æternæ.

Quarta Oratione Dominicale dat medium ad obtinen-
da pro tempore auxilia , & beneficia Dei.

Hæc secunda divisio ita convenit cum prima. S. *Evangelium* divisum est tanquam in partes principales in do-
ctrinam , & legem. *Lex* in tres partes subdivisa est : qua-
rum prima continet media , seu instrumenta gratiar. 2. *Opera meritoria*. 3. *Medium ad auxilia* , & beneficia Dei
obtinenda. Ideo divisio eadem erit. Nunc de verbo Dei ,
in quo *sancuum Evangelium* continetur , dicendum est.

De verbo Dei , scripto , & non scripto.

Verbum dicitur ex eo , quod aërem verberet : cum
enim proferimus verba , aërem verberamus.
Si potest diffiniti. Verbum est vox significativa eorum
qua in animo sunt.

Materia verbi est res significata: doma ipsa significatio
Finis reæ in animo occultum alteri manifestare ; *Efficiens*
est ille , qui loquitur.

Verbum Dei est illud à Deo in Christo , in Apostolis ,
& in Prophetis prolatum est. *Eius materia principalis* , est S.
Iesu Christi *Evangelium* : quia hæc est res à verbo Dei si-
gnificata. Finis est homini manifestare , quid velit Deus ab
homine fieri ut salverut. *Forma* est ille modus loquendi
aque significandi.

Proprietas verbi Dei est , quod sit infallibilis veritatis , &
quod omnes absolutes illi credere absque illa dubitatione
tenentur.

Divisio verbi Dei potest esse talis: Verbum Dei aliud ex-
plicit veritates fidei , aliud morum disciplinam ; & hæc divi-
sio à materia desumpta est.

Altera est ad hæc , verbum Dei aliud est scriptum , aliud
non scriptum.

Scriptum est illud , quod Deus locutus est per Scripturam:
& hoc appellatur *sacra Scriptura*; quæ dividitur in *Vetus &*
novum Testamentum: *Vetus* est illud , quod ante Christum
Deus dedit: *Novum* quod à Christo traditum est.

Verbum Dei non scriptum est illud , quod à Deo sine scri-
ptura , sed ore tenus prolatum est : sicut à Christo factum
fuit , qui non Scriptura , sed ore locutus est , & hoc verbum
appellatur *divina Traditionis* , & est tantæ authoritatis sicut
sacra Scriptura , & opera Spiritus sancti per omnia secula
conserverat in Ecclesia , & *sancuum Evangelium* in verbo
Dei , rum , scripto , num non scripto traditum est.

Hujus verbi Dei *Spiritus sanctus* est *verus* , & *legitimus*
interpretis quia ipse potest scire , quid Deus voluerit verbo
suo significare. Ideo Christus de *Spiritu sancto* dixit , *ille*
dolebit vos omnem veritatem. *Vnde vera* , & *germana in-*
telligentia , & *interpretatio* verbi Dei à *Spiritu sancto* su-
menda est: *Veritas autem & puritas S. Evagelij à vera* , & *ger-*
mana verbi dei intelligēria , & *interpretatione accipi debet*.

De summa , seu *Compendio S. Evangelij*.

Sciendum est , quod S. *Evangelium* est medium omni-
bus necessarium ad salutem , ideo tali ratione à verbo
Dei explicandum erat ; ut illius notitia omnibus accom-
modata esset. Cum ergo aliqui sint sapientes , alii insi-

qua definitio quatuor causarum Evangelij: item partes ipsius colligi possunt, ut autem iste definitio clarius intelligatur: aliqua fine hominis, & mediis ad illum explicantur.

Sciendum ergo quod scientia moralis ad summum tria considerat, nempe finem, media, & bonum usum medium. Ideo Philosophia Christiana, quæ scientia moralis est, de his tantum considerabit. Finis autem hominis ex facto Conc. Trid. est gloria Dei, & Christi: ac vita æterna: seu peccatum ut colendum & fruendum. Medium proximum ad hanc finem obtinendum est: ascensio vita æternæ, seu opera meritoria illius. Impossibile est enim ut quis sine hoc merito salveretur ad vitam æternam. Nam infantes salvantur per solum meritum Christi, per baptismum illis applicatum adulti per meritum, tam Christi, tam per proprium salvi sunt. Ad hoc meritum proprium obtinendum absolute necessaria est gratia, quia sine illa nullum opus Deo gratum ad vitam æternam esse potest. Ad obtinendam gratiam omnino meritum Christi homini applicatum necessarium est: quia sine ipso nullus Deo gratus evadit: meritum Christi per Sacra menta applicatum est. Ideo quatuor sunt media ad ultimum hominis finem consequendum, nempe meritorum propriorum gratia, meritum Christi, & Sacra menta, quæ invicem subordinata sunt. Horum medium bonus usus necessarius est: ut autem homines illi bene uentur, auxilium à Deo opus est obtinere. Et ad hæc tria totum hominis studium, & cogitatione dirigendi debet.

Ex his apparet quod si sanctum Evangelium est verum, & unicum, & completum medium nostræ salutis, omnino necesse est, quod tria faciat, nempe primum determinet nobis ultimum finem, & det opportuna media ad illum obtemperandum, docet, & det auxilia ad bonum usum medium: Sic enim completam nostram salutis rationem tradet: Ob hoc Christus duo facit in sancto Evangelio. Primum docet, & illuminat intellectum, ita ut cognoscat & ultimum finem, & media, & bonum usum medium: & haec ratione Christus dicitur magister, quia docet: & sanctum Evangelium dicitur continere doctrinam, & explicare veritatem fidei, newpe illas quæ dictæ sunt: & homines docentes

credentes tanto Magister, & doctrina illius, ut sint fidem. 2. Christus dat media (eis enim mediator) dirigit, adjuvat, moveret tum voluntatem, tum omnes hominum potencias ad operandum juxta cognitionem, quæ à fide tradita est: & hoc modo Christus dicitur Dominus & Salvator, quatenus dat media, quibus homo salvertur. Dominus, quatenus dar legem & precepta, quibus bonum usum medium, & opera mortalia prescribit, & determinat: & hac ratione S. Evangelium dicitur contineat disciplinam morum. Vnde sit, quod S. Evangelium in duas partes divisum sit, in quarum una continetur doctrina, & fides, & veritates fidei, & cognitione eorum, quæ pro salute facienda sunt. In alia habentur precepta, & leges, & auxilia, & media, & usus medium & dicitur disciplina morum: quia potius ad executionem, quam ad cognitionem pertinet.

Vere ergo S. Evangelium est unicum, & completum medium nostræ salutis.

Vere est fons omnium veritatum fidei, quia doctrina nam illarum tradit.

Vere est fons totius disciplinarum morum qua præcipit, omnia, quæ pro æterna salute obtinenda facienda sunt: & non solum præcipit, sed etiam media, ac opportuna auxilia conferit, ac praebet. Et ex hoc quoniam sunt causa sancti Evangelii apparebit.

De quatuor causis sancti Evangelij.

*F*inis sancti Evangelij est gloria Dei, & Christi, ac vita æterna hominum.

Materia sunt omnes veritates fidei, & tota morum disciplina. Potius explicatur his duobus verbis. *Doctrina, & Lex: Doctrina*, quia docet, *Lex*, quia præcipit, dirigit, monet, adjuvat.

Efficiens est Christus, qui ut Magister doctrinam docet: Ut Dominus legem dat, & præcipit: Ut Salvator dat media, dirigit, adjuvat ad salutem.

Proprius effectus S. Evangelij est dirigere homines ad æternam salutem consequendam.

Proprietates illius sunt, quod sit schola omnium virtutum: Sol animus: portus salutis: magister intellectus: dux voluntatis: via, veritas & vita: Paradisus terrestris: porta cœli, & plures alia.

De explicatione 7. Petitionis & de particula, Amen.
Cap. XXVIII.

Quid est malum? Ref. Est illud, quod natura hominis contrariatur.
Quotuplex malum? Ref. Aliud culpa, aliud prece,
quid est malum culpa? Ref. Est aversio ad Deo, & con-
versio ad creaturas.

Quid est malum prece? Ref. Estres afflictiva ad casti-
gationem culpa homini data.

Homines abundantiae malis prece? Resp. Volutantur
in illis, iuxta illud Iob homo repletus multis misericordiis.

Datur aliquid remedium ad illa? Ref. Datur, nempe de-
votus ad Deum recursu.

Quid in hac petitione postulamus? Ref. Primum liberari
ab omnibus malis, quae vere sunt mala. Liberari ab au-
thore mali, id est, diabolo.3. Aduarati a Deo in tribula-
tionibus, & angustiis. Demam a quoque malo, tum
animi, tum corporis liberari.

Quoniam est conclusio orationis Dominicalis? Ref. Ille
la vox, Amen.

Quid significat Ref. Sic: Scito tuas auditus esse preces
vel sic, factum est. Alibi enim significat. Fiat: Hic autem
factum est. Ideo Sacerdos in Missa post Orationem Do-
minicalem dicit, Amen. In aliis orationibus Clericus
profert hanc vocem, Amen.



OPUSCULUM DE S. EVANGELIO,

Et de summa, & de
explicatione illius:

Item de verbo Dei scripto, & non scripto:

Necnon de Catechismo, & illius doctrina, pro-
ut in hoc libro proposta est.

Si Lesteri aliqua detur cognitio de sancto
Evangelio, & de summa, & explicatione il-
lius. item de verbo Dei scripto, & non scrip-
to; maximum lumen ad clarissimam &
profundissimam intelligentiam, qua à Catechismo
Romano profista sunt, datum erit. Ideo de dictis, bre-
vis, sed methodica tractatio nunc proponetur.

De nomine & definitione S. Evangelij.

Hoc nomen *Evangelium* significat bonum nuncium:
sic dictum, quia in illo xterna salus hominibus an-
nunciata est.

Sic potest definiri: *Evangelium* est verum, & unicum
medium nostra salutis. A sacro Concilio definitor. Est
tanquam fons omnis, & salutaris veritatis, & morum dis-
cipuli, quod Dei Filius proprio ore primū promulgavit, de-
inde per suos Apostolos omni creatura predicari incepit. EX

piantes: utrisque autem cognitio sancti Evangelii propo-
nenda fuisset, Deo sic dispонente effectum est, ut sacram
Evangelium duplice modo traditum sit, nempe, & diffuse
multis, & summatis, seu compendiose paucissimis ver-
bis. Diffuse quidem proponitur in sacra Scriptura, tum
vereis, tum novi Testamenti. Brevissimè autem in Sym-
bolo Apostolorum in Decalogo, in Oratione pemini-
cali, & in septem Sacramentis explicatum est. Summa
igitur, vel Compendium sancti Evangelii sic potest defini-
bitur: *Est brevissima collectio corum omnium, qua Christus
Evangelio docuit, vel praecipit.* Dicitur, doceuit, ad expli-
candum quod omnis Doctrina summarum collecta est. Di-
citur, praecipit, ad declarandum, quod tota legis substan-
tia collecta fuit. Hanc summam Christus praecipit Apo-
stolis, ut omnes homines docerent, cum illis dixit. *Docen-*
tes eis servare omnia quecumque mandavi vobis: Ecce
dicit Omnia, & quecumque, ut summam jam dictam decla-
raret.

Hac summa in quatuor partes divisa est, quæ sunt, Sym-
bolum Apostolorum, Sacramenta, Decalogus, & Oratio
Dominicalis, ut ante dictum est.

Symbolum breviter colligit doctrinam à Christo tra-
ditam, neque veritates fidei, de ultime fine, de mediis, de
mediatore, & de bono usi mediorum. Oratione Dominicai-
lis breviter colligit illa omnia, quæ à Deo petenda, atque
superanda sunt. Septem Sacramenta colligunt media quibus
gratia conferunt, & meriti Passionis Christi commu-
nicantur. Decalogus summarum colligit præcepta, & con-
silia, quibus opera emuntrantur quæ vitam æternam me-
reti possunt. Ideo hæc quatuor paucissimis verbis com-
pletam continent summam S. Evangelii: ideo hujus sum-
mae quatuor causa sunt: Materia est, S. Evangelium: For-
ma est illa brevissima, & completa collectio corum om-
nium quæ à sancto Evangelio pro salute hominum propon-
ita sunt: Finis est reddere facilissimam omnibus, cum cogni-
tionem, cum usum & doctrine, & Legi à Christo in Evan-
gelio late: Efficientibus summe est Deus, qui per scriptum
in lege veteri dedit decalogum: Per unigenitum Filium suū
in lege nova dedit Sacramenta, & Orationem dominicale:
Ies sanctos Apostolos spiritu sancto afflatos dedit Sym-

bolum, quod Apostolorum vocatum est. Ideo hæc est ve-
ra, & certa & completa Summa sancti Evangelii.

De explicacione S. Evangelij, & summa illius.

Vatuor partes S. Evangelij jam dicta sunt veluti
quatuor partes, de quibus illud Spiritus sancti di-
cunt potest verificari: parvuli petierunt panem, & non erat
qui frangeret eis: Plurimi enim parvuli hos integratos pa-
nes frangere non possunt, ideo opus habent ut ab
aliquo in minores partes divisus sint. Hæc autem divi-
sio nihil aliud est, quam dictarum partium vera, pura, Ca-
rithica, & fidelis explicatio atque interpretatio. Ideo dicta
explicatio necessaria est, & causa illius sunt.

Materia est summa S. Evangelij, seu quatuor partes il-
læ, quæ dictæ sunt, quia istæ debent explicari.

Finis debet esse, ut fideles per dictam explicacionem
summae sancti Evangelij claram, faciem, veram, puram,
& sine errore obcineant cognitionem.

Forma debet esse, ut talis explicatio juxta veram, &
germanam verbi dei intelligentiam, & interpretationem
data sit. Verbum enim dei est juxta Concilium, velut
limpidissimus fons, à quo Evangelicæ veritates sunt de-
rivandas.

Efficiens veræ, & germanæ explicationis tum verbi dei,
tum Evangelicæ summae est Spiritus sanctus: de quo di-
cunt est, ille docebit vos omnem veritatem. Ipse enim
plenissimè, sicut quæ intra nos sunt, & quid Deus vo-
luerit verbis à se prolatis significare.

Homines ut homines sunt, mendaces vocari possunt,
juxta illud, *Omnis homo mendax:* ideo nullus homo,
quantumvis excellentissimi ingenij, debet sibi arrogare,
ut à seipso veram possit totius summae sancti Evangelij
percipere intelligentiam. Sed neque patris, nisi à Spiritu
sancto edocitus sit.

Homines Spiritu sancto afflati, & ab illius assistance ad-
iuncti ut veram verbi dei, & S. Evangelij explicacionem
percipiant, possunt veras de S. Evangelio, & de verbo dei
explications afferre. Et verum est, quod Spiritus sanctus
potest assister cui vult ad veram verbi dei intelligentiam
obtinendam; sed si homines non suar certi de hac
assistentia. Quod huius, vel illi data sit, neque etiam pot-

runt esse certi, quod explicatio est tali homine data, vera, & indubitabilis sit. Si autem habetur certitudo, quod Spiritus sanctus huic homini, vel illis hominibus ita assistat, ut non permitat quod ille, vel illi in explicatione S. Evangelij errare possit, tunc certitudo de veritate talis explicationis habita erit.

Sola autem promissio Dei, quæ nunguam fallitur, potest reddere homines certos, quod assistentia infallibilis Spiritus sancti huic, vel illi data sit.

Sed hec promissio duobus tantum in Evangelio à Christo facta est, nempe Ecclesiæ, & summo Pontifici Rom. qui Petri successor est. De Ecclesia enim scribitur: *Porta inferi non prevalebunt adversus eam*: Item, si Ecclesiæ non audierit, si ribi securi Ethnici, & Publicani. Item Ecclesiæ si columna, & firmamentum veritatis. De S. Petro, & incessoribus Christus dixit: *Rogavi pro te, Petre, ut non deficas fides tua*. Et ut ostendatur talem promissio nem ratione sui officii illi datum addidit. *Et tu aliquando converteras confirma fratres tuos*: Confirmate enim fratres ad primatum Petri officium pertinet, ideo talis promissio ad successores in officio translata est, quia in illis maiori magis quam in Petro necessaria erat.

Quod Christus, alicui alteri promiserit talem assistentiam Spiritus sancti ut in fide certare non posse, nullib[us] apparet, ut notum est.

Ex dictis igitur colligi potest quod stante promissione Christi facta Ecclesiæ & Pont. Rom. de infallibili assistentia Spiritus sancti ad veram intelligentiam & interpretationem verbi Dei, & S. Evangelij, quæ ab illis tradita est, pro vera & germana sit accipienda: & quo omnes explicationes, quæ illi contrariantur, sunt tanquam falsæ, & adulterinae reicienda.

Hinc sit ut explicatio sancti Evangelij, quæ ab Ecclesia Catholica proposta est, abique illa dubitatione sit accipienda. Ex ideo, cum explicatio Cat. Rom. ex Decreto sacri Conc. Tr. Et ex iussu Pont. Max. ex consequenti ab ipsam Ecclesia Catholica proponatur, omnibus aliis explicationibus ita præferri, atque præponi debet ut in illa ab omnibus firmiter, & indubitanter sit quiete sedem. Nunc de dicto Catechismo aliqua proponantur.

De Catechismo Romano.

Catechismus idem significat, quod instrucción. Sic potest definiri: *Est liber veram, & Catholiceam S. Evangelij explicationem proponens.*

Materia, seu subjectum illius sunt duo, nempe 1. completa, & distincta summa S. Evangelij, a. vera, & Catholica explicatione illius à verbo Dei fideliiter derivata.

Forma est modus, que talis explicatio proposita est: Proponitur autem ratione tum ad intellectum, tum ad voluntatem: item tam ad docendum, quam ad discendum accommodata, & ordinariæ methodica; atque perfecta illius tractatio est. Probationēque tum ex verbo Dei, tum ex usu Ecclesiæ, & ex ratione desumpta afferit.

Finis est reddere homines, & fideles certos de vera, & Catholica S. Evangelij, & ejus summa explicatione: ita ut ob latem morti certitudinem ad propostam explicationem tum docendum, tum addiscendum fideles ubique inducentur & impellantur.

Efficiens Catechismi fuerunt Patres à sancto Concilio prius electi, postea electi quibus Ecclesiæ authoritas addita est: Ita ut de particulari assistentia Spiritus sancti dubitandum non sit: verum in Catechismo tria desideranda sunt, nempe primum, doctrina in illo contenta: secundum, Collectio, & dispositio illius. 3. Ejusdem publicatio. Doctrina Catechismus non est author, quia à verbo Dei & ab explicatione majorum accepta est: Collectionis vera, & dispositio author dici potest: Sed causa efficiens publicationis tum facrum Concilium, tum Roman. Pontifex dici debet: Et hoc de S. Evangelio, & de Catech. dicta sunt. Nunc aliqua de praesenti libro seu opere sunt dicta.

De materia, fine, & usu hujus libri.

Hic liber inscribitur, & nominatur, doctrina S. Conc. Trid. & Catech. Roman. quia talis Doctrina materia illius est.

Sic potest definiri: *Est liber fideliiter colligens, distinguens, & ex parte explicans doctrinam sacri Conc. Tr. & Cat. Romani, quia de summa S. Evangelij proposita est*. Ad hoc enim liber iste directus fuit.

Materia ergo hujus libri non est nova, vel peregrina